

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Illvstrivm Virorum Epistolae, Hebraicae, Graecae et Latinae, Ad Ioannem Reuchlin Phorcensem virum nostra aetate doctissimum diuersis temporibus missae**

**Reuchlin, Johannes**

**Hagenoae, 1519**

Iodocus Gallus Rubeaquensis, S. D. P. Ioanni Reuchlin Phorcensi

[urn:nbn:de:bsz:31-270838](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270838)

E P I S. I L L V S T. V I R O R V M A D

acceleres. Tu habereis interea fructu, teq; uti eis gaudes totum deuo  
ueas. Vtinam nos tanta opportunitate ac fructu græcanicis inserui  
re possimus. Voluisti aut ut Vigilio uterer ad fouendam non dico  
explendam edacitatem tuam. Id profecto recte admonuisti. Callet  
enim Vigilius noster harum rerum odorameta; uerū in rem suam  
non parum. Ad eius ingenium adde & tuæ coniugis experimentū.  
Ego profecto philosophicam sum adiuncturus operam, pro eis tibi  
rebus conquirendis atq; mittendis, quibus intelligam & ædibus tuis  
opus esse & me tibi curare posse. Vale, nos quidem ualemus, in quo  
rum numero discipulorum tuorum Thomas Truchses unā mecū  
& Ioanne nostro religioso summe se tibi commendat. Ex Spira. v.  
idibus Septembris. Anno M. CCCC. Ixxxix.

Iodocus Gallus Rubeaquis, S. D. P.

Ioanni Reuchlin Phorcensi.

**F**acile est mihi ut arbitror a te impetrare, facilem ut discutias  
mihi ambiguitatē. Ex Euangelio Matthæi græco. Scilicet quo  
nā tpe scriptum sit uerbū uenimus in capite secundo. Scis enī  
in romana lingua & præteriti & præsentis esse notam. Ego contra  
quendam de nostris contendi ex quibusdā coniecturis potius præ  
teriti esse q̄ præsentis, quiduis horum fuerit in græco, ubi certius de  
signatur tempus q̄ in latino. Est autem textus ut rem apertius intel  
ligas de tribus regibus, in eo loco, Vidimus stellam eius & uenimus  
adorare. Græcanico cursu, si uel ad rem diuinam uel ad uoluptatē  
quandam uti uolueris, fac sciam per dominorum Spirensiū Effelin  
gensem procuratorem Ioannē Maierhofer, cuius opera & ego de in  
ceps usus sum in scribendis immo mittendis ad te literis, quippe  
qui omī fere hora ad te meas tuto perferri faciet. Vale. Vigili<sup>9</sup> te re  
cepisse Salmonē affeuerat quod me cura leuauit. Iterum cum hone  
sta coniuge lætus uale. Ex Spira xii Kalen. Februarias. M. D.

Iodocus Gallus Rubeaquis Theologus. S. D. P.

Ioanni Reuchlin Phorcensi.

**R**edit ad te uel sero cursus ille Græcanicus tuus, eo tñ foenore  
quo p̄ Cunonē suppletū est, me immo te quoq; iubete id qd̄  
amissum erat, in poenitentialib<sup>9</sup> psalmis. Itaq; spero tā diutur  
nam huius libri tui absentia minus abs te moleste latā. Verū Cuno  
ipse per me cupit ut certiore eum facias, Ioannes euāgelista quo